

II

LES REPRÉSENTATIONS
DE
MYSTÈRES À SAINT-ANTONIN
AU XV^e SIÈCLE ⁽¹⁾.

COMMUNICATION DE M. R. LATOUCHE.

Les documents concernant les mystères méritent d'être recueillis avec soin. Dans son ouvrage sur *Les Mystères* ⁽²⁾, Petit de Julleville en a réuni un grand nombre, et sa liste pourrait être aujourd'hui allongée. La pièce que nous publions plus loin, et qui est extraite d'un registre de notaire de Saint-Antonin ⁽³⁾, nous offre quelques détails précis sur les mystères qu'on jouait dans cette ville en 1445.

On y voit qu'il s'était formé à Saint-Antonin, au couvent des Carmes, une confrérie en l'honneur de l'Assomption de la Vierge, et que cette confrérie jouait tous les ans, le jour de l'Épiphanie, le Mystère de l'Étoile et des trois rois venus pour prier Dieu à Bethléem (*Instoriam stelle et trium regum qui venerunt Deum orare dum fuit natus de beata Maria Virgine in Bellem*); cette confrérie y jouait aussi un Mystère de l'Assomption (*Instoriam assumptionis beate Marie*) — probablement le jour de cette fête.

Ces représentations étaient pour les Carmes une source de bénéfices, et on s'explique ainsi pourquoi ils se considérèrent comme lésés lorsque les chanoines réguliers de Saint-Antonin voulurent organiser de leur côté dans leur couvent une représentation du

(1) Cette communication a été lue à la séance de janvier 1914 de la Société archéologique de Tarn-et-Garonne.

(2) Paris, 1880, 2 vol. in-8.

(3) Chef-lieu de canton (Tarn-et-Garonne).

Mystère de l'Étoile. Une transaction mit fin au débat, et c'est le texte de ce contrat qui a été conservé dans le minutier du notaire Jean de Serignac. On remarquera l'âpreté avec laquelle les Carmes reprochent aux chanoines d'être riches et opposent non sans amertume cette richesse à leur pauvreté⁽¹⁾. Seule la considération du bon exemple qu'il convient de donner aux séculiers⁽²⁾ les empêche de développer ce thème peu charitable.

DOCUMENT.

1445. (n. st.) 4 janvier, Saint Antonin. — *Accord entre les chanoines et les Carmes de Saint-Antonin par lequel les uns et les autres décident de faire représenter chaque année, et à tour de rôle tous les deux ans, dans chacun des deux couvents, le Mystère de l'Étoile et des rois venus à Bethléem pour prier Dieu. En outre, les chanoines s'engagent à ne fonder aucune confrérie dans leur couvent et à n'y pas faire jouer le Mystère de l'Assomption, et les Carmes à ne pas faire jouer de nouveaux mystères et à ne pas fonder de nouvelles confréries.*

(Registre de Jean de Serignac, notaire à Saint-Antonin. Archives de Tarn-et-Garonne, E 5492, fol. 109 r°)

Pro monasterio et conventu Carmelitarum.

Anno quo supra, die iiii^a januarii. Noverint universi quod cum lis, questio oriretur inter religiosos fratres conventus beate Marie de monte Carmeli Sancti Anthonini ab una parte, et religiosos dominos priorem et canonicos monasterii Sancti Anthonini parte alia, ex eo videlicet et pro eo quia fratres dicti conventus beate Marie de monte Carmeli dicebant quod in eorum conventu fuerat instituta et ordinata quedam confratria ad honorem festi Assumptionis beate Marie et in festo Epiphanie ad honorem Dei et beate Virginis Marie in eorum conventu faciebant Instoriam stelle et trium regum qui venerunt Deum orare dum fuit natus de beata Maria Virgine in Bellem, cum semper fuerit usitatum seu consuetum facere tamdiu quod non est memoria in contrarium et de presenti, ut erant informati quod dicti domini prior et canonici de novo volebant instituire et facere dictam Instoriam stelle etc. Quod cedit in maximum dampnum et prejudicium dictorum fratrum Carmelitarum et totius eorum conventus cum sint pauperes Christi et ducunt eorum vitam de helemosinis gentium quia non habent beneficia

(1) «Cum sint pauperes Christi et ducunt eorum vitam de helemosinis gentium quia non habent beneficia neque alios proventus sicuti dicti domini prior et canonici, et habent decimas de quibus ducunt eorum vitam.»

(2) «Ad demonstrandum bonum exemplum secularibus.»

neque alios proventus sicuti dicti domini prior et canonici habent, et habent decimas de quibus ducunt eorum vitam, dicteque partes volentes ad pacis federa pervenire cum sint religiosi et ad demonstrandum bonum exemplum secularibus sicut tenentur, ideo hinc est quod apud conventum monasterii Sancti Anthonini in cornu claustri qui dicitur conventus pro presenti actu seu negotio congregati, videlicet reverendus in Christo pater dominus Poncius Beraldus, licenciatus in decreto, prior dicti monasterii, et religiosi viri domini Johannes de Cherio, Petrus de Cayssaco, Petrus Artiga, Bertrandus Garriga, Petrus Mordanha, Petrus de Fonte, Petrus Pascalis et Guillelmus de Campis, canonici dicti monasterii, pro se et toto eorum conventu ab una parte, et reverendus in Christo pater frater Ramundus Frozardi, magister in sacra pagina ac provincialis provincie Aquitanie pro ordine beate Marie de monte Carmeli, et religiosus frater Ramundus de Boria, dicti ordinis, prior dicti conventus, pro se ac nomine dicti conventus Carmelitarum, ordinaverunt, instituerunt et amicabile acordum super premissis fecerunt quod domini canonici faciant ipso anno in dicto monasterio dictam Instoriam stelle, et anno sequenti fratres dicti conventus in eorum conventu faciant dictam Instoriam stelle, et sic per consequens quilibet conventus de duobus annis in duobus annis faciant dictam Instoriam stelle et, si una pars dimittebat facere suo anno dictam Instoriam, quod computaretur pro facta. Item voluerunt et ordinarunt dicte partes quod domini canonici non faciant seu institua[n]t nec facere seu instituire permittant in eorum monasterio confratriam beate Marie, nec facere Instoriam assumptionis beate Marie nec alias confratrias in prejudicium dictorum fratrum et conventus Carmelitarum, nec ita pariter dicti fratres dicti conventus Carmelitarum alias Instorias seu confratrias in prejudicium dictorum dominorum canonicorum et eorum conventus. Quam quidem compositionem, institutionem et acordum quelibet dictarum partium pro bono, pace et ad evitandum scandala et inimicitias que inter partes oriri possent per inperpetuum fecerunt etc. et tenere et servare promiserunt etc. sub pena decem marcharum argenti danda et aplicanda parti hobe-dienti et per partem inhobedientem et contra hujusmodi acordum, seu compositionem venientem, solvenda de bonis ipsius partis inhobedientis etc. Pro quibus omnibus premissis tenendis etc. dicte partes et earum quelibet nominibus quibus supra obligaverunt et ypothecaverunt una pars alteri et altera alteri ad invicem se et omnia et singula bona dictorum eorum conventuum ad vires curie camere apostolice et ejus auditoribus et vice auditoribus etc. Renunciaverunt, etc. Juraverunt ponentes manus suas quilibet super eorum pectus ad modum religiosorum.

De quibus petierunt fieri duo publica instrumenta unius tenoris, cuilibet parti unum.

Testes domini Johannes Porterii, Johannes Corrigii, Bernardus de Vinhas, presbiteri dicte ville.